




Haud dubie Mercurius stannum aggreditur. Si assere fuissetis usi qualem descripsi in quo incisus quasi canalis *ab* non opus esset mutare vitreum vas magnum *C*, sed id tantum superponere asseri oblito tenaci caemento. Per canalem enim tubus vitreus subintrabit, qui communicationem cum vitro exhauriendo facere poterit. Claudendam deinde ope ignis; ita nec epistomiis, nec valvulis opus foret. Et quid facilius quam talem asserem parere, et habere fragmina tuborum vitreorum? 5

Delineationem Hydracontisterii aliquando spero. Artificem gaudeo pulchre pergere. Literas Tuas pro D^{no} Behmio nunc Guelfebytum mitto. Vale

Tuus

G. G. L.

Dabam Hanoverae 4 April 1701.

10

233. LEIBNIZ AN JOHANN BERNOULLI

Hannover, 5. April 1701. [228. 235.]

Überlieferung:

*L*¹ Verworfenen Abfertigung: LK-MOW Bernoulli20 Bl. A36 [früher: LBr. 57,2 Bl. 36]. 4°. 2 S.

*L*² Abgebrochenes Konzept: LK-MOW Bernoulli20 Bl. A39 [früher: LBr. 57,2 Bl. 39]. 4°. 1 S. 15

7 Delineationem Hydracontisterii: die Helmstedter Feuerspritze; vgl. N. 221 u. N. 224. 7 Artificem: J. L. Warnecke, der an der Rechenmaschine arbeitete. 8 Literas . . . pro D^{no} Behmio: die Beilage zu N. 229.

- L*³ Konzept des zweiten P. S.: LK-MOW Bernoulli 20 Bl. C198 [früher: LH XI 6A Bl. 198]. 4°. 1 S. (Bl. C198 v^o). Auf Bl. C198 r^o Konzept eines Briefs an einen nicht identifizierten Adressaten (FOUCHER de Careil, *Œuvres* 3, 1861, S. 362; Druck im Nachtragsband der Reihe I). Auf Bl. C198 v^o außerdem zusammenhanglose Notizen von Leibniz' Hand: „elle“, „pretendu“, „passe pour“, „negocie avec“ „10“, „sa succession“.
- L*⁴ Abfertigung: BASEL *Universitätsbibl.* L I a 19 Bl. 160.162.161. 1 Bog. 1 Bl. 4°. 5 S. Zweites P. S. (Bl. 161 r^o) von J. B. Knoches Hand. Markierungen und Korrekturen wohl von Joh. Bernoullis Hand. (Unsere Druckvorlage) — Gedr.: MERIAN, *Die Mathematiker Bernoulli*, 1860, S. 58 (teilw., ohne zweites P. S., nur Ergänzung zu GERHARDT, *a. a. O.*).
- A* Auszug aus *L*⁴ (ohne zweites P. S.): BASEL *Universitätsbibl.* L I a 20 S. 236–238. 4°. 1 $\frac{3}{4}$ S. von Joh. Jak. Burckhardts Hand.
- E* Erstdruck nach einer unbekannten Vorlage: *Commercium philos. et math.* 2, 1745, S. 35 bis 37 (teilw., ohne beide P. S.). — Weitere Drucke: 1. GERHARDT, *Math. Schr.* 3, 2, 1856, S. 656–657 (ohne beide P. S.); 2. ORIO de Miguel, *Obras* 16B, 2011, S. 643–645 (span. Übers., ohne beide P. S.).

Die Abfertigung antwortet auf N. 228. Auf sie folgen N. 235 und N. 238; sie wird beantwortet durch N. 240. Beigelegt war Leibniz' Gegenschrift *La justice encouragée* zur *Lettre écrite d'Anvers ... au sujet du testament de Charles II. Roi d'Espagne*, [1700 oder 1701], die er geheim in den Niederlanden drucken lassen wollte. Diese erste, von Bernoulli besorgte Auflage erschien 1701 anonym mit fingiertem Druckort „Cologne“. Aus Versehen vergaß Leibniz einen Teil der Schrift beizulegen, den er dann mit N. 238 und N. 246 nachsandte. Dass Leibniz das zweite P. S. von J. B. Knoche auf ein getrenntes Blatt schreiben ließ und gegen seine Gewohnheit nicht einmal die Korrekturen eigenhändig vornahm, war wohl eine Vorsichtsmaßnahme. — *L*¹ datiert vom 31. März 1701.

Vir celeberrime Fautor Honoratissime

Dici non potest, quam tua Antiparodia sim delectatus, quod omnia tam facile lepi-
deque fluant, atque etiam sint profutura hoc tempore. Remittam illuc unde *parodia* ipsa
ad me venit. Interim multas Tibi gratias ago.

Epistola Domini Fratris Tui typis edita ipsius missu per Dn. Lic. Menkenium tan-
dem ad me venit, apud quem cum literis Tschirnhausianis oblivione quadam neglecta

25–27 Dici ... ago. *fehlt A*

25–27 Dici ... ago: am Rand in *L*⁴ mit einer schwarzen Bleistiftlinie umfasst, wohl eine Anweisung von Joh. Bernoulli an Burckhardt, diese Stelle in der Abschrift auszulassen. 25 Antiparodia: vgl. N. 228 Erl. 26 *parodia*: *Parodia in hymnum, Dies irae dies illa*, in: *Monathlicher Auszug*, Dez. 1700, S. 915–916. Den Druck hatte Leibniz veranlasst; woher er das Pamphlet hatte, wurde nicht ermittelt. 29 venit: O. Mencke sandte Jac. Bernoullis *Ad fratrem suum ... epistola, cum annexa solutione propria problematis isoperimetrici*, 1700, und Tschirnhaus' Brief N. 189 als Beilage zu seinem Brief vom 1. März 1701 an Leibniz (I, 19 N. 232). Ein Brief Jac. Bernoullis an Mencke wurde nicht gefunden.

diu latuerat. Dn. Tschirnhusius mihi scribit, esse sibi inventum quod meo iudicio foret
 perpulchrum, data subtensa alicujus arcus curvae, excepto circulo, dare subtensam alte-
 rius arcus ejusdem curvae, ut differentia arcuum sit absolute ut ipse loquitur quadrabilis,
 hoc est in rectam extendibilis, de quo specimen in Ellipsi sit daturus. Addit se hoc posse
 nullo ad quadraturas respectu. Vereor ne aliqua verisimilitudine sit deceptus, interim
 spero aliquid saltem utile pro eximio ingenio suo esse eruturum. Addit se etiam hac sua
 ejusdem curvae arcus comparandi Methodo invenire posse quando possibile sit invenire
 arcus in data ratione. 5

Ut ad Dⁿⁱ Fratris Tui *Epistolam* redeam, quoniam ipse eam ad me misit, et me
 quodammodo provocavit, mei etiam multam mentionem fecit, ad *acta* mittam aliquid 10
 et quoniam ob temporis longinquitatem multae circumstantiae mihi non satis occurrunt,
 neque facile reperio omnes veteres huc facientes literas, mearum etiam copias non servavi;
 ideo rogo ut tuas observationes in fratris *Epistolam*, aliaque quae putes utiliter a me
 considerata, admoneas, et si lubet nonnulla excerpta veterum mearum literarum cum
 datis adjungas. Ea res mihi serviet, ut me melius recolligam. Concinnabo deinde aliquid 15

1–3 Tschirnhusius in iis ad me scribit Lipsia 16 Octob. 1700 fuisse sibi in animo inserere Actis
 specimina Methodi suae generalis conferendi partes ejusdem curvae *Schluss von L^2* 2 curvae | (excepto
 circulo) *erg.* | dabilem esse subtensam L^1 4 daturus, nam in parabola rem esse perfacilem. Ego haereo
 an tam generalis methodus sit possibilis. Addit L^1 5 f. deceptus, ut in talibus fieri solet. Spero L^1
 6 eruturum. Occasionem Dⁿⁱ Fratris Tui Epistola mihi dabit aliquid mittendi ad Acta eruditorum qvo
 tester Te solutiones mature ut scripseras ad me misisse. Cum non habeam aut certe non facile inveniam
 nonnullarum literarum mearum hoc pertinentium copias neque enim omnia sed quaedam quae ad
 materiae alicuius aut quaestionis tractationem pertinent servo; ideo rogo ut literarum mearum illo ipso
 tempore datarum quibus Tuas solutiones acceperam excerpta ad rem pertinentia | (futura paucula) *erg.* |
 atque data ad me mittas, ut in re paulo remotiore melius memoriae consulam nec in circumstantiis
 aberrem. Poteras ni fallor scriptum Tuum in manu Secretarii Regiae Academiae relinquere neque enim
 communicaturi erant Te invito aut inconsulto. Dominum Fratrem Tuum suspicor aliud agere itinere suo;
 forte enim aliqua inventa proferet, quibus aliquod commodum sibi paret. Quidquid demum moliatur ille,
 non video quid possit incommodare Tibi, qui mature adeo promissis stetisti. Meum fateor testimonium
 est exigui ponderis, erit tamen promptum paratumque, ut par est. Etsi enim unius hominis non nisi
 semiplenam probationem facias attestatio apud judicem, paulo pluris tamen haberi potest inter amicos.
 Nondum licuit epistolas meas anteriores expedire, unde celeberrimo Voldero nostro adhuc responsum
 debeo. Satisfaciam tamen quamprimum, spero ipsum, ut monuisti, veritati dynamicae apud eos quos
 docet privatim et publice testimonium perhibiturum. Vale et fave Dabam Hanoverae 31 Martij 1701
 Deditissimus G. G. L. *Schluss von L^1*

15 adjungas: Bernoulli tat dies; vgl. das P. S. zu N. 256. Leibniz verwendete einige der Zitate in
 seiner *Declaratio, occasione epistolae a Dn. Jac. Bernoullio ad Dn. Johannem fratrem scriptae*, in: *Acta
 erud.*, Apr. 1701, S. 190–191 (N. 261). 26 Secretarii: Bernard Le Bovier de Fontenelle.

et testabor quidem autem de eo, quod mihi certo compertum est, de circumstantiis autem reliquis adjungam quae in rem videbuntur, ut me purgem, quem suspectum reddere velle videtur.

5 Celeberrimo Domino Voldero adhuc responsum debeo, sed dici non potest quam fuerim distractus his diebus per alia negotia praesertim cum fuerint quae me cogere crebrius solito ire in aulam. Et abstractae illae a materia meditationes animum in se collectum postulant. Spero tamen me quam primum esse satisfacturum meo officio; an ipsi Viro insigni sim satisfacturus asseverare non ausim, saltem non statim id mihi promitto.

10 A multis annis cogitationem habui singularem de novo genere Arithmeticae ubi omnia exprimantur per 0 et 1 adhibita scilicet progressionem dyadica pro decadica. Hinc

	0	0	cum tam parum characteribus onerati sint numeri omnia procedunt pul-
	1	1	cherrimis progressionibus. In Naturalibus prima columna habet peri-
	10	2	odum 01, secunda 0011, tertia 00001111, 4 ^{ta} 0000000011111111 etc. Sed
	11	3	idem evenit in omnibus multiplis naturalium ut tales oriantur periodi,
15	100	4	imo in omnibus potentiis, quadratis, cubis, etc. et harum potentiarum
	101	5	summis. Ubi illud est mirum et pulchrum, quod periodi in potentiis ut-
	110	6	cunque altis aut summis non sunt longiores quam in ipsis numeris natura-
	111	7	libus. Hic jam id agitur ut quaerantur periodorum leges. In multiplis jam
	1000	8	habeo, sed quaerendae adhuc sunt in potentiis et summis earum. Latet in
20	1001	9	hoc calculo ultimum calculi refugium pro Transcendentibus determina-
	1010	10	tis, quando aliter exprimi non possunt. Misi Parisios ad Dn. secretarium
	1011	11	Academiae, non [ut] edatur sed ut aliquis cui plus otii excitetur ad hoc
	1100	12	argumentum excolendum.
	1101	13	Si quando pulchrum Munus phosphori Tui pro favore Tuo singulari
25	1110	14	ad me destinabis poterit occasione aliqua oblata (neque enim in mora
	1111	15	nimis periculum est) mitti Bremam ad Dn. D. Meierum pastorem et
	10000	16	Theologum insignem Bremae. Quod superest vale et fave.

4 debeo: vgl. Leibniz' Briefwechsel mit de Volder (gedr. in GERHARDT, *Philos. Schr.* 2). 9 habui: vgl. ZACHER, *Dyadik*. 21 Misi: vgl. Leibniz' Brief an Fontenelle vom 26. Februar 1701 (BIREMBAUT, *Correspondance*, S. 124–129), dem seine Schrift *Essay d'une nouvelle science des nombres* (ZACHER, *Dyadik*, S. 250–261) beilag. 24–27 Si quando ... Bremae: am Rand in L^4 mit einer mit schwarzem Bleistift wieder gestrichenen Bleistiftlinie gekennzeichnet. Zu ähnlichen Markierungen Bernoullis Leuchtstoff betreffend vgl. N. 194, S. 500 Z. 6 – S. 501 Z. 5 Erl. 26 Meierum: vgl. den Briefwechsel mit Gerhard Meier in Reihe I.

Deditissimus

G. G. Leibnitius

Dabam Hanoverae 5 April 1701.

P. S. Suspikor Dn. Fratrem ideo ire Parisios, ut inventa aliqua afferat, quibus commodum quoddam sibi paret.

P. S. Vide quantum mihi sit in amicitia Tua fiducia. Amicus quem magni facio Berolino ad me mittit scriptum adjunctum, rogatque magnopere ut in foederato Belgio edicurem quam maturime in 12^{mo}. Visum mihi est edi dignissimum et utilissimum. Ego cum Te optime animatum videam, et gaudeam, ad Tuum favorem recurro ut desiderio satisfiat quo sane valde me obstringes. Sunt paucae plagulae. Evitabitis facile ne appareat a quo veniat ac ut ne in Te quidem cadat suspicio. Nam etsi omnia scripta sint moderatissime, tamen veritas odium parit. Verbo: Tuae prudentiae et fidei rem omnem committo: facies ut prodeat castigate, et prompte dispergatur et exempla mox mittantur etiam Londinum. Mihi peto aliquot servari et tria mitti statim sed in duas (si placet) postas divisa. Interim vale et fave

Si sumtibus opus esset libenter refunderem.

234. RUDOLF CHRISTIAN WAGNER AN LEIBNIZ

Helmstedt, 7. April 1701. [232. 239.]

Überlieferung: K Abfertigung: LBr. 973 Bl. 94–95. 1 Bog. 4°. 3 $\frac{2}{3}$ S.

Per-Illustris ac Excellentissime Domine Domine Gratiose

Decem imperiales per Warendorffium recte et statim traditi sunt; unde et fidem meam penes Dn. Abbatem liberavi, et 2 rthl. 16 gg. opifici denuo dedi ad interim; reser-

4 paret. *Schluss von A* 12 ut (1) mox dispergatur (2) prodeat ... dispergatur L^4

5 P. S.: Das zweite P. S. ist am Rand mit einer Bleistiftlinie umfasst, wohl von Joh. Bernoullis Hand; vgl. auch N. 235 Überlieferung u. Erl. 5 Amicus: fingiert.

Zu N. 234: Die Abfertigung antwortet auf Leibniz' Schreiben vom 4. April 1701 (N. 232) und wird beantwortet durch Leibniz' Schreiben vom 11. April 1701 (N. 239). Beigelegt waren Briefe an Leibniz aus Berlin, wohl der von J. Th. Jablonski vom 5. April 1701 (I, 19 N. 299) mit seinen Beilagen, vielleicht auch der von F. A. Hackmann vom selben Tag (I, 19 N. 298). Zu Leibniz' Postverkehr mit Berlin über Magdeburg vgl. N. 195 u. Erl. 20 per Warendorffium: J. Ch. Warendorf war der Überbringer von N. 226. 20 f. fidem ... liberavi: zur Entstehung der Schuld gegenüber J. A. Schmidt vgl. N. 224. 21 opifici: J. L. Warnecke, der an der Verbesserung der Rechenmaschine arbeitete.